

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 1768

**Autre(s) référence(s)** : Tabuteau 277

**Auteur(s)** : Étienne, Aumale (comte)

**Bénéficiaire(s)** : Beauvais, Saint-Lucien (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1096, 14 juillet

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Étienne, comte d'Aumale, donne l'église Saint-Martin d'Auchy à l'abbaye Saint-Lucien de Beauvais.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta Ecclesiae Rotomagensis, n° XV, col. 19-20.

Texte établi d'après a

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus, sanctæ et individuae Trinitatis, ego Stephanus comes de Alba marla tam exemplis quam verbis religiosorum virorum instructus, temporalium rerum ... largitione posse mereri, immo ipsius summæ veritatis voce edoctus, pro omnibus in hoc seculo habitis, et in ejus ... bene distributis, in illa vero remuneratione centuplicata retributioni pro transitoriis æterna recipere, et vitam æternam possidere. Ea igitur intentione harum promissionum confisus solatio, de hereditate mea a prædecessoribus meis possessa, ecclesiam S. Martini de Alciaco cum omnibus ad eam pertinentibus concessis atque deinceps concedendis, ita liberam atque quietam, sicut mater mea Adelidis comitissa, et ego post ejus obitum tenui hactenus, eam ecclesiæ sancti Luciani Belvacensis cœnobii, ita tamen ut semper ibidem monachi Deo serviant, pro anima Willelmi Anglorum regis, et anima matris meæ Adelidis, ceterorumque cunctorum defunctorum parentum meorum, et pro remissione peccatorum meorum, consensu simul et corroboratione sororis meæ Adelidis, consilioque et suggestionem baronum meorum, hoc favente et corroborante Roberto Normannorum principe, jure perpetuo possidendam dono atque concedo : ea, inquam, conditione ut præsentibus canonici qui hanc eandem conventionem coram archiepiscopo et clericis suis confirmandam concesserunt, de rebus suis ad eandem ecclesiam pertinentibus, quandiu vixerint, quicquam amittant ; ornamenta autem ejusdem ecclesiæ, et omnia ad eam pertinentia, concessa videlicet, atque in perpetuum concedenda, ibidem ad Dei servitium et ecclesiæ cultum permaneant. Hunc privilegii tenorem ego Vilhelmus Rotomagensis episcopus auctoritate Dei et nostra, testimonio archidiaconorum et canonicorum nostrorum confirmo atque corrobore, salva tamen in omnibus ecclesiæ Rothomagensis justitia, et episcopalibus rectitudinibus. Si quis autem ausu temerario hujus nostræ auctoritatis confirmationem deinceps pervertere, vel minuere voluerit, excommunicatus atque anathematisatus usque ad condignam satisfactionem divinæ ultioni subjaceat. Signum Bilduini. Signum Gois. Signum Valteri cancellarii. Signum Radulphi. Signum Frm. Signum Radulphi. Signum Wilhelmi. Signum Roberti. Signum Gisleberti. Signum Alelmi. Signum Gois Flandrensis. Signum Lant ... archidiaconi filii Goseri. Signum Arnult Bullensium, de Alto Maisnil monachi, archidiaconi Ebrouicensis, Petri Curtis sacerdotis, Fredi martelli traditoris. S. Willelmi. S. Hugonis. Signum ficapellani Maissul.

Signum Roberti comitis. Signum Willelmi archiepiscopi. Signum Gisleberti. Signum Gisleberti Luxoviensis episcopi. Signum Serlonis Sagiensis episcopi. Signum Walteri de S. Valarico. Signum Walteri Gifardi. Signum Stephani. Signum Fulberti archidiaconi. Signum Benedicti archidiaconi. Signum Richardi archidiaconi.  
Signum Roberti comitis Normanniæ. S. Willelmi archiepiscopi. S. Eustachii comitis Bononiæ.  
Signum Walteri abbatis. S. Helgoti abbatis S. Audoëni Rotomagensis. S. Engelranni comitis de S. Paulo.  
Signum Manasse comitis de Getrodi ... S. Roberti comitis Flandriæ. S. Bernardi de sancto Vallerico.  
Signum Matthæi comitis de Bellomonte. S. Radulfi comitis de Ur ... S. Johannis de Pelt.  
Signum Willelmi de ... S. Willelmi de monte Riboldi. S. Roberti de Bernay.  
S. Kardini. S. Willelmi filii Lamberti.  
S. Odardi. S. Lancelini de Tho ...  
S. Rogeri de Altomassiac.

Anno Dominicæ Incarnationis 1096, indictione IIa, concurrente IIº, epacta XXIII, IIº idus Julii datum est hoc privilegium in capitulo Rothomagensi per manus Rotberti Normannorum principis, et Willelmi archiepiscopi, ac Stephani comitis de Alba marla, in manu domini Gisleberti abbatis S. Luciani, astante maxima multitudine cleri et populi Normanniæ, regnante Domino nostro Jesu Christo per infinita secula seculorum, amen.